

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 19 : De Tityo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[76\] : De Tityo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 19 : De Tityo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 20 : De Titye](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 19 : De Titye](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 19 : De Tityo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/891>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 191v°-192v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Tytios](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia

De Tityo.

Cap. XIX.

Tityus quoque propter improbitatem, temerariamque libidinem, non leue supplicium apud inferos pari dictus est. Hic fuit Iouis & Elaræ Orchomeni filius, vt scripsit Apollon. lib. 1. & Apollodorus lib. 1. Bibliothecæ. Fabulantur Latonam ab hoc de stupro interpellatam fuisse, quare sagittis dicitur ab Apolline fuisse cæsus, vt in his testatur Apollonius Rhodius;

10

Ὁ γὰρ Διὸς υἱὸς οἷστος ἐστὶν ἄνθρωπος
βίβωτος, ὅτε ἀλλὰ τὸν, ἰσχυρὰ καὶ δὴ πῦρ
Μερίπη Διὸς υἱὸς ἔπεισε, τὸν δὲ
ἀλλὰ τὸν, ἰσχυρὰ δὴ καὶ δὴ ἰσχυρὰ τὸν.

Hic inerat Phæbus puer; ac petit ille sagittis
Ingentem Tityum matri vim ferre parantem.
Hic Phæbi securus eam iam ceperat; illum
Diuæ Elaræ peperit, Tellus nutritiæ alumnus.

20

At Euphorionis fuit opinio, quod Tityus non Latonæ, sed Dianæ vim in terra conatus fuit. Scripsit præterea Pherecydes quod Iupiter Elaræ Orchomeni filiam compressit, qui cum Iunonis Zelotypiam formidaret, illam prægnantem intra terram occultauit, vñ natus est Tityus, cuius matre mortua terra illum nutritiæ, quare dictus fuit terræ alumnus. Callimachus in lauacrum Dianæ non ab Apolline, sed à Diana confossum Tityum fuisse ostendit, cum inquit;

Ὁ γὰρ ἀποβῆς τὸν Τίτυον.

O virgo Tityi domitrix Diana.

30

At Pausanias in Laconicis scriptum reliquit in quodam templo positas fuisse Apollinis & Dianæ imagines; à quibus vtrisque Tityus sagittis conficeretur. Hæc autem ad Panopeum Lebadæ locum omnia contigisse dicuntur, vt ait Strabo libro 9. Paul. in Phœcenibus sepulchrum in agro Panopei fuisse Tityum scribit iuxta quendam torrentem, cuius sepulchrum ad triontē vniuersi Hadji accedebat. Hunc post eam cladem ab Apolline & Diana acceptam deiectum fuisse ad inferos memorant, atque ita ibi prostratum & ligatum fuisse, vt se movere nullo pacto posset, fuisseque magnitudinis admirabilis, quippe cum iugera nouem terræ eius corpus vassum cooperiret, vt testatur Tibullus in his;

Posteque nouem Tityus per iugera terræ,
Assidue atro viscere pascit aues.

40

Hunc à duobus vulturibus assidue lacerti, eiusque iecur comedi sinterunt; quod vbi semel fuerit absumptum, tum denuo renouiscit, ne immortalis poenæ argumentum ac fundamentum deficiat, vt ait Home. lib. 1. Odyss.

Ὁ γὰρ Τίτυος ἄνθρωπος ἰσχυρὸς ὄντις
καὶ μὲν ἐν ἀσπίδι, ἐν ἰσχυρῇ καὶ δὴ πῦρ
Γενεῖται ἰσχυρῆς παρὰ τὸν ἰσχυρὸν
ἀλλὰ τὸν, ἰσχυρὰ δὴ καὶ δὴ ἰσχυρὰ τὸν.

Hic Tityum vidi terræ omniparentis alumnus
Prostratum; tenet ille nouem nam iugera terræ.
Hinc atque hinc vultur iecur in mortale vorabat
Omentum ingressus, manibus non ille repellit.

Virgi-

Virgilius tamen libro sexto vnum tantum vulturem Tityo attribuit, ac non ut Homerus alterum utriusque qui iecur illius rostro laceraret, cum ita rem totam luculenta oratione exprimat;

Necnon & Tityum tertæ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroq; immanis vultur adunco
Immortale iecur tondens, secundaq; pœnis
Viscera, rimaturq; epulis; habitatq; sub alto
Pectore; nec sibi requies datur vlla renatis.

Hæc ea sunt, quæ de Tityo ab antiquis scriptoribus memorix prodita sunt: ex his veritas nunc est exprimenda. Strabo lib. 9. fabulam hanc ad historiam transtulit, dicitque quo tempore Apollo dictus est è caelo in terras aduentasse, ac homines mansuefecisse, qui prius arborum syluestrium fructibus tantum vescerantur, Tityum tyrannum Pænopeæ crudelissimum, hominem fuisse violentum atque prorsus flagitiosum, quem Apollo sagittis confecit: ut interemit postea Pichonem. Deinde ut eius exemplo ceteri scelerati ab omni turpitudine & crudelitate detererentur, dictus fuit Tityus ea pœna apud inferos crudelissimè torqueri. Lucretius libro 3. ad rei Veneris cupiditatem, animique sollicitudines hanc fabulam retorsit, cum dicat fieri nõ posse omnino multa quæ traduntur de inferis, neque Tityum, si par iecur vniverfo terrarum orbi habuisset, perpetuum dolorem ita pati potuisse, sed per hæc animi curas antiquos significare voluisse, ut ab iis retrahamur, ita enim inquit;

Sed Tityus nobis hic est in amore iacentes
Quem volucres lacerant, atq; exest anxius angor:
Aut alia quamvis scindunt torpedine curæ.

Alii crediderunt tantum fuisse creditum Tityum, quia significare voluerunt antiqui nullas vires esse tantas, quantas vis iustitiæ castigare aut opprimere non possit, cum quid vel à potentissimis & fortissimis hominibus iniquum committitur. Neque enim vllus est tantus armatorum numerus, nullæ tam vigiles custodiæ, nulla tam firma præsidia, nulla coniuratio, si æquitate careat, quam Deus vel per imbecillos homines deprimere & profligare non facile possit. At Petrus Nellius Senensis vir literarum bonarum & morum elegantia præstis, & Franc. Calvinus vir doctissimus mihiq; amicissimus vultures illos Tityi præteritorum scelerum recordationes esse censuerunt, quæ animum assidue vellicant peccantium, eumque torquent; quippe cum vindictâ Dei & animadversionem omnis improbitas quasi præfigat, quæ paulatim scelerata per vestigia consequitur. Ut igitur ad æquitatem mortales adhortarentur, eosque detererent ab omni impietate & crudelitate; ne aduersus Deum vel homines quispiam improbus esse impune auderet, hæc ab antiqua memorix sunt prodita. Illæ omnium fabularum præstantissimæ sanè sunt iudicandæ, quæ in plures corrigendorum morum vias diduci possunt, neque simplicem habent explicationem, atqui non solam morum rationem corrigendorum sub his ego latere censeo, sed etiam rerum naturalium quandam explicationem. Est igitur Tityus calamus segetum intelligendus, quippe quem greci ἰχθυόων vocant: verum cum litera detracta sit, visum est hominis nomen, cum quid significaret, nesciretur. Hic Tityus Elaræ Orchomeni, & Iouis sui filius. Quid ita? quoniam cum Orchomenus fluvius sit Thes-

salicæ

Mythologia I

salix, eius filia est Elara Nympha, lacteus humor in seminibus scilicet, quoniam sine fluuiialibus Nymphis calamus segetum non potest nasci. Quid Iupiter sit, iam saepius dictum est. Hanc Nympham Iupiter compressit, quoniam certis temporibus genitalem temperiem atque humorem semina ex aere concipiunt, quae ad ortum excitantur, quod manifestum est in quibusdam seminibus, quae non, nisi ad certum tempus, virginitatem seruare possunt; quo spatio transacto vel nascantur necesse est, vel humor ille genitilis, qui semina conseruat, excitatus paulatim exhalat, donec ex anima illa semina relicta penitus putrescant, cum eo tempore praegnant sit semen,

- 10 ex Ioueque concipiat, sub terram demittitur, ne Iuno asperius in ipsum fatigat: nam vetus frumentum ob aeris iniurias non ita commodum est seminibus. Erumpit postea ex ipsa terra non semen quidem, quod iam putrefactum est, cum intra terram moriatur; sed calamus, qui Tityus est, hic ab ipsa terra educatur, quare vocatus est terrae alumnus. Hic insurgit in coelum, & tanquam in Latonam imperum facturum sagittis Apollinis & Dianae conficitur ac prostermitur. Nihil hoc aliud significat, quam calamum, ubi ad iustam longitudinem excreuerit, mox solis & lunae opera ad maturitatem perducitur, ita ut denique a messoribus prostermatur. Nam neque luna sola ad maturitatem perduceret, quia opus est calore: neque id solus sol efficeret, quia solus calor exiccaret, nisi humoris temperamentum adiuuaret. Inde fertur Tityi ita caeli iecur a vulturibus comedi, quoniam inutilia sunt panis conficiendo exteriores frumenti cortices, idque quod est interius totum ad usum panis conferat. Distenditur autem non in nouem, sed in multa terrae iugera, quae omnia frugibus operiuntur. Haec igitur fabula totam serendi, metendiue tritici, & panis conficiendi rationem continet, quippe cum ita semper Tityi iecur renascatur, & immortale sit, quod significat annuam agriculturalium diligentiam. At nunc de Titanibus dicamus.

De Titanibus.

Cap. XX.

- 30 **T**itanes, qui bellum aduersus Iouem ceperunt, crebrisque fulminibus detrusi sunt ad inferos, Terrae & Coeli filii fuisse dicuntur, ut scriptum est ab Aeschilo in Prometheus his carminibus;

Ἰταῖοι ἱστὸν τὰ λατὰ θεῶν, αἰετῶν,

Τίτῶν, ἕρασι τε καὶ χθονὶ Τίτῶν.

Titanibus nam consulebam ego optime,

Parere: Coeli terrae & aetheris filiis.

Quod scripsit etiam Ophi in hymnis;

Τίτῶν γὰρ ἐστὶ καὶ ἕρασι ἀρχαὶ Τίτῶν.

- 40 Titanes caeli ac terrae clarissima proles.

Hi Titanes bellum aduersus Iouem ea de causa susceperunt, quia, ut dictum est in Ioue, ante Saturnum Ophion & Eurynome filia Oceani, qui Titanes vocati fuerunt, Diis imperabant. At Saturnus Ophione postea debellato, cum Rheae palæstra Eurynomen vicisset, illis imperium extorsit. Alii tamen Titanum Saturni fratrem dixerunt, ad quem, cum maior esset natu Saturno, iure hereditario imperium pertinebat: sed tamen matre ac sororibus precantibus impetrauit a fratre Saturnus ut ipse imperaret, qui etiam imperauit Titanibus, ut ait Apollonius lib. 2. Argonaut.

civis